



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

22. De Catholica religione per miraculum confirmata contra presbyterum
Arrianum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

spiritum exhalauit: ablatuſque de conuiuio locatus in tumulto, terrenæ molis congener opertus. Tunc exultans presbyter noſtræ religionis, ait, verè vltus eſt Deus ſeruos ſuos conuerſus ad virum cuius erat conuiuio: Perijt huius memoria cum ſonitu, & minus in æternum permanet. Tu verò ad quod comedam. Tunc homo ille perterritus expleto conuiuio, prouolutus eſt ad pedes presbyteri, conuerſuſque ad fidem Catholicam, credidit cum domo ſua, qui in hac perſidia tenebatur, & multiplicata eſt lætitia, quæ prius mulier flagitauerat.

Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria martyrum cap. 81. De Catholica religione per miraculum confirmata contra presbyterum Arrianum

CAP. XXII.

Arrianorum presbyter cum diacono ſtræ religionis, altercationem habens proferens contra Dei filium ac Spiritum ſanctum, vt mos eſt genti, venenolæ ſerſiones. At ille cùm diu multumque non nulla de fidei noſtræ ratione diſſeruiſſet, hæreticus perſidiæ obcæcatus caligine, querant vera reſpuerat, iuxta illud quia in maleuolam animam nõ introibit ſapientia, adiecit dicens. Quid longis ſermocinationum intentionibus fatigamur? factis rei veritas adprobatur, ſuccédatur igni æneus, & in ſeruenti aqua annulus cuiuſdã p̄ijciatur. Qui verò eũ ex ſeruētī aqua ſuſtulerit, ille iuſtitiã cõſequi cõp̄batur.

batur, quo facto, pars diuersa ad cognitionem huius iustitiæ conuertatur. Intellige itaque & tu hæretice, si hæc pars nostra Spiritu sancto adiuuante compleuerit, nihil in sancta Trinitate dissonum, nihil esse dissimile fatearis. Cōsentit hæreticus huic diffinitioni, & inito vsque mane placito, discesserunt. Sed fidei feruor per quem hæc primum diaconus protulerat, cœpit inimico insidiante tepescere. Diluculo autem surgens, brachium infundit oleo, vnguento conspergit. Sed tamen loca sancta circuit, & Dominum deprecatur. Quid plura? circa horam tertiam in foro conueniunt, concurrunt populus ad spectaculum. Accenditur ignis, æneus superponitur, feruet valde, annulus in vnda feruenti proijcitur. Inuitat primū diaconus hæreticum, vt ipse eum à calore auferat. Sed statim recusauit dicens, Qui hanc sententiam protulisti, debes auferre. Diaconus verò licet trepidus, tamen denudat brachium. Cumque ipsum vidisset vnguentis hæreticus presbyter delibutum, exclamauit dicens, Magicis artibus te elitandum putasti, vt hæc vnguenta diffunderes, nec valebūt ea quæ agis. His itaque litigantibus, superuenit diaconus ab vrbe Rauenna, Iacinctus nomine, sciscitansque quæ esset hæc altercatio, vt veritatem cognouit, nec moratus, extracto à vestimentis brachio, in æneum dexteram mergit. Annulus enim qui iniectus fuerat, erat valde leuis ac paruulus, nec minus ferebatur ab vnda,

da, quàm vento possit ferri vel palea. Quod
 diu multumque quæsitum, infra vniuersi
 spacium reperit. Accendebatur interea ve-
 menter focus ille sub dolio, quò validius
 uens non facile adsequi annulus à manu
 rentis possit. Extractumque tandem, nihil
 aconus sensit in carne sua, sed potius pro-
 tur, in imo quidem frigidum esse æneum,
 summitate verò calorem reporis modice
 tinentem. Quod cernens hæreticus, valde
 fusus, iniecit audax manum in æneo doli-
 Prestabit mihi hæc fides mea. Iniecta manu
 tinus vsque ad ipsa ossium intermedia, omni
 caro liquefacta, defluxit: & sic altercata
 nem fecit.

*Paulus Diaconus lib. 6 cap. 2. de gestis Longo-
 bardorum. De heresi Monothelitarum,
 que cum in sexta Synodo Constantinopoli-
 tana damnata esset aranearum tela in
 dio populi miraculose ceciderunt et curru-
 ti in hereses incidant.*

CAP. XXIII.

Temporibus Constantini Magni hæresis
 apud Cōstantinopolim orta est, contra
 qui vnã duntaxat in Domino nobiscum
 IESV CHRISTO voluntatem & operationem
 asseuerabant. Hanc autem hæresim excitarunt
 Gregorius Patriarcha Constantinopolita-
 tanus, Macarius, Pyrrhus, Paulus & Petrus.
 Quam ob causam Constantinus Augustus cen-
 tum quinquaginta episcopos cōgregari fecit.

Inter